



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxxvi. Si poplitem loco mouerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

nito, atque insuper adipe suillo veteri inungito.

Si poplitem loco mouerit.

RAmos cuiuscunque etiam arboris coquito, & laua canem: post lotionem vero oleum vetus cum adipe suillo misce, quibus locum adfectum dolentemque inunxeris.

Canis ut mutet pilos.

CAlcem viuam & spumã argenti misce, & quando instar mellis coaluerint, totum mensem fac canem inungas & pilos mutabit.

Vt pili celeriter succrescant.

Herbam genetum adurito, deinde adipe suillo, quantum sufficit, misceto: his quod iam reliquum est locum inungito.

Canem candidum ut nigrum facias.

ATramentum metallicum, & succum stercoris asinini, & seuum caprinum simul coque, atque his canem candidum diligenter inunge decem totos dies, atque dimittas, quia certo colorem mutabit.

Z ij